81. Nulla circa hunc Planetam datur sensibilis atmosphaera terrestri persimilis

82. De Venere, Marte, Mercurio, et Jove asserendum est corpora opaca esse ac circa suos axes rotari, ut ex maculis demonstrarunt Physici.

83. Saturnus ope Telescopii inspectus varias exibet figuras nunc rotundam nunc ansatam nunc brachiatam, quas ab annulo eius corpus cingente provenire observavit Hugenius.

84. Cum in coelo nulla corpora solida admittamus, quae huius annuli caussam explicare possint nisi satellites, annulum esse unionem quorundam Saturni satellitum, qui errore optico videntur invicem uniti dicimus

85. Cometae, nec vapores in suprema aeris regione incensi, neque exhalationes a Planetis exeuntes sunt, sed Planetae mundo congeniti qui certa motus periodo circa solem revolvuntur.

86. Cometarum barbae, caudae et crines sunt congeries exhalationum ab eorum nucleo adscendentium.

87. Nullus est siderum fictus ab antiquis influxus, praeter calorem, lucem, et attractionem.

88. Altera ex Planetis Terra est, quam sensibiliter rotundam esse varia phoenomena suadent.

89. Idem praestamus Gallorum observationibus circa polos et ae-

„ dictase su zelo y conocimientos practicos, pa-
„ ra lograrlas con la exactitud y puntualidad
„ que se desea; y que conforme las fuesen recibien-
„ do